



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Mos Hebræorum pedes hospitem lavandi inde natus quod soleis uterentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

menter videtur ex eo veterum
 more, quo peregre advenientibus
 & mensæ accubituris pedes lava-
 bant. Apud Hebræos veteres
 eum morem viguisse, ut hospiti-
 bus pedes lavarent, idque primum
 esset hospitalitatis officium, ante-
 quam mensæ accumberent, mul-
 ta ostendunt Sacri codicis loca.
 Jam Abrahami ævo hoc in usu
 fuisse, vel ex eo discimus, quod
 Abrahamus tribus viris, qui ad
 eum divertebant, statim dixerit: *Genes. 18.*
Sumetur jam parum aquæ, & lava- 4. & 19. 2.
te pedes vestros, quod idem Lothus
 fecit. Sed & Christi temporibus
 eum morem usitatum ipsius dictum
 ostendit, quo Simeoni hujus offi-
 cii neglectum exprobrat: *Aquam*
pedibus meis non dedisti. *Luc. 7. 44.* Moris hu-
 jus originem ego non aliunde quam
 ex soleis arcesserem veterum He-
 bræorum. Scilicet cum soleis ute-
 rentur prisca Hebræi, quæ plan-
 tam pedis solummodo tegerent,
 cum reliqua pars nuda esset & te-
 retibus habenis juncta, fieri vix
 potuit, quin pulvere atque luto
 macularentur pedes, quos lavare
 primum officium fuit. Veteribus
 He-

Hebræis enim id contingebat, quod apud Atticos iis evenit, qui utebantur calceamentorum genere, quod κρηιπόδας Attici vocabant, quia pedes pulvere inquinabantur, ut Suidas κρηιπόδας exponit: *σενόν σκανδάλιον ἔστι Διὸς τὸ σενότητι ὁ πᾶς ἐκθροισθεῖτο*: & Clemens Alexandrinus: *Εἰ γὰρ μὴ ὀδύοιμθα, αἰλλὰ μηδὲ φέρομθα τὴν ἀνυποδησίαν, βλαυταῖς ἢ φαίμασις ἢ ῥησιῖον, κρηιπόδας αὐτὰ ἐκάλεον οἱ Ἀπικροὶ Διὸς τὸ πελάζειν, μοι δοκεῖ, τὴν κρηι τῶ πόδε. Quod si non peregre proficiscimur, atque etiam non ferre possumus nudis pedibus incedere, blausis aut phœcasiis utendum. Κρηιπόδας ea vocarunt Attici, quod inquinant, ut mihi videtur, pulvere pedes. Hinc non mirum eum morem invaluisse, ut hospitibus peregre advenientibus & mensæ accubituris, aquam præberent ad lavandos pedes.*

VII. Sed huic sententiæ, qua contendimus Hebræos veteres soleas gestasse, non levia opponi possunt argumenta quibus adstrui videtur etiam calceos cavos in usu fuisse. Nihil moror rationes eorum, qui duplex calceamenti genus ulitatum fuisse observant, que-

Clem.
Alex.
Pedag.
lib. 2.
cap. 11.